

544.

Erzbischof Wichmann von Magdeburg bestätigt unter anderen auch die von dem Kloster U. L. Frauen zu Magdeburg erworbene Besetzung des Erbgutes Salbke. — Zeugen: Markgraf Otto und Graf Dedo.

1189.

Hdschr.: Kop. Perg. Rothes Buch (Saec. XVI.) fol. 1. Bibliothek des Gymn. U. L. Frauen Magdeburg.

5

Gedr.: Geschichtsq. der Prov. Sachsen 10,60. v. Müilverstedt, Reg. archiep. 1730.

Anm.: Vergl. No. 545.

In nomine sancte et individue trinitatis. Wichmannus dei gracia sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus. Notum sit tam futuris quam presentibus, quod nobis mediantibus obtinuit ecclesia beate Marie VIII mansos in villa Salebeke a comite Luidolfo de Dasle et fratre eius Adolfo cum silva attinente et omni usus fructu tam in mancipiis quam in aliis quibusque rebus precio LX marcarum examinati argenti presentibus et collaudantibus factum istud fidelibus eorum Luidolfo de Stenvorde, Heinrico Strigero, Giselero, Volkwino, Wolberto, presentibus etiam fidelibus nostris Heinrico comite de Groiz, Erwino de Radenleve, Sifrido de Thorneburg, Heinrico sculteto de Magdeburg, Gerberto advocato aliisque quam pluribus. Huius rei confirmatio facta est apud villam Muligge in placito Sifridi comitis sub regis banno assidentibus et cooperantibus Burchardo scultheto de Glinde et schabinis, iudicibus multisque nobiles. Postmodum item obtinuit ecclesia beate Marie in eadem villa Salebeke VII mansos cum mancipiis, cum silva attinente et cum omnibus attinenciis precio LX et VII marcarum a comite Adolfo de Schowenburg et matre eius, cuius emptionis contractus factus est in curia Merseburg coram domino Friderico gloriosissimo Romanorum imperatore et semper augusto presentibus nobis aliisque imperii principibus, Sifrido Bremense archiepiscopo, Ottone marchione Misnense et fratre eius Dedone comite, Ottone marchione Brandenburgense et fratribus eius Bernhardo duce et Theoderico comite multisque nobiles. — —

25

Actum domini anno M̄ C̄ LXXX̄ IX̄.

545.

Graf Adolf von Schauenburg bekundet, daß er zu Merseburg vor dem Kaiser und in Gegenwart Ottos, Markgrafen von Meißen und dessen Bruders, des Grafen Dedo dem Kloster U. L. Frauen zu Magdeburg sein Erbgut in Salbke für 67 Mark Silbers verkauft habe und erwähnt dann die später erfolgten wiederholten Bestätigungen dieses Geschäfts.

1189.

Hdschr.: Kop. Perg. Rothes Buch (Saec. XVI.) fol. 1b. Bibliothek des Gymn. U. L. Frauen Magdeburg.

Gedr.: Geschichtsq. der Prov. Sachsen. v. Müilverstedt, Reg. archiep. 1729.

Anm.: Diese und die vorige Urkunde erwähnen des Reichstages von Merseburg. Die curia, von der in beiden die Rede ist, muß in die Zeit von April 1180, wo Bernhard erst Herzog und Sifrid erst Erzbischof von Bremen wurde, bis Anfang 1183 fallen. Vergl. v. Heinemann, Cod. dipl. Anh. 1,489.

— — Contractus autem huius emptionis factus est in curia Merseburg coram domino Frederico gloriosissimo Romanorum imperatore et semper augusto, presentibus imperii principibus domino videlicet Wichmanno Magdeburgense et domino Sifrido